nos ad adventum
domini Notandum
quod triplex est adventus
domini Primus qui venit
de celo in uterum vir-
ginis et hic factus est.
Secundus qui spiritualiter
venit ad animam cuius-
libet fidelis hominis et eam
confortat Unde in
evangelio Si quis
diligit me Tercius
est qui venit ad iu-
dicium ad istum tres
adventus debemus nos
preparare Ad primum
quod factus est homo
ut ei gracias agamus
quod propter nos dignatus
est homo fieri altus
deus humilis homo
dives pauper gloriosus
despectus et sic
de aliis que pro
nobis sustinuit
in humanitate Unde
Magnus dominus et lau-
dabilis nimis Ad
secundum adventum
debemus nos prepa-
rare corda nostra
ad hospicium cordis nostri
invitemus Unde preparate

primum eum possit
tempore hospitis
ita quod hospicia pre-
parantur et ornantur
sic debemus nos
mundari a viciis
per contricionem et confes-
sionem et ornare
virtutibus Apostolus
Voluntas dei hec
sanctificacio vestra Ad
iudicium cogitan-
dum Tercium ut
frequenter cogi-
temus quod debemus
reddere racionem de
omnibus et quod iudici
nostro omnia facta
manifesta sunt Unde
Iohannes Sive co-
medat sive bibat
sive vigilet sive
dormiat semper videtur
auribus meis in-
sonare illa terribilis
vox tube surgite
mortui venite ad
iudicium ut sic ad
adventum domini nos
preparemus quod digne
eum recipere mereamur